Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



tentationem: et ne aspicias
humilitatem animæ meæ, et
relinque. Ecce in die tentationis
meæ non deficiat voluntas ve-
stra, et omnes detractores meos
repellas. Ecce adhuc sum in con-
tentionibus tentationis: et paratus
sum ad pugnam semper. Nolite te-
mere agere sicut usque ad hanc
diem: ut audiatur in conclusione da-
mor meus. Nunquid tale est tem-
plum quod elegi ut diem hominis
affligerem animam meam? Nunquid
contorquebo quasi circulum caput
meum: et cannam intendere fletui?
Nunquid istud vocabit templum
meum et diem acceptabilem domino?
Nonne hoc magis templum
quod elegi: dissolve col-
ligationes impietatis: dis-
solve fasciculos deprimentes.
Dimitte eos qui contrac-
tos sunt liberos, et omne onus di-
rumpe. Frange esurienti pa-
nem tuum: et egenos vagos
quos induxit in domum tuam: cum
videris nudum operi eum, et car-
nem tuam ne despexeris. Tunc
erumpet quasi mane lumen tuum:
et sanitas tua cito orietur.
Et ante eum ibit facies tua: iustitia
tua, et gloria dei colligetur
te. Tunc invocabis, et deus
audiet: clamabis, et dicet:
ecce adsum: si auferes de me, de-
ris tuus. Gē. Quæ petiit a do-
mino hanc requiram scilicet in do-
mo dei. V. Dic mihi quæ voluntas
dei et precabor a templo sancto eius.
Psalm. O. i. d. l. Alleluia
Iustus quasi palma florebit: sicut cedrus
Libanii multiplicabitur. Diligite
inimicos vestros benefacite his qui
oderunt vos et orate pro per-
sequentibus et calumniantibus
vos: ut sitis filii patris vestri
qui in celis est qui solem suum oriri
facit super bonos et malos,
et pluit super iustos et injus-
tos. Si enim diligitis eos qui
vos diligunt, quam mercedem
habebitis? Nonne publi-
cani hoc faciunt? Et si salu-
tatis fratres vestros tantum quid
amplius facitis? Nonne
et ethnici hoc faciunt? Estote
ergo vos perfecti: sicut et
pater vester celestis perfectus est. At-
tendite ne iustitiam vestram
faciatis coram hominibus: ut videa-
mini ab eis. Alioquin mercedem
non habebitis apud patrem
vestrum qui in celis est. Cum ergo
facis eleemosynam: noli tuba
canere ante te sicut hypocritæ
faciunt in synagogis et in
viis ut honorificentur ab
hominibus. Amen dico vobis re-